OFFERTORIUM *(Ps. 39, 2, 3 et 4)* Exspéctans exspectávi Dóminum, et respéxit me: et exaudívit deprecatiónem meam: et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

OBĚTOVÁNÍ *(Ž. 39, 2, 3 a 4)* Toužebně jsem očekával Pána; pohlédl na mne a vyslyšel mou prosbu. I vložil v ústa má píseň novou, chvalozpěv na oslavu našeho Boha.

SECRETA – Tua nos, Dómine, sacraménta custódiant: et contra diabólicos semper tueántur incúrsus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

TICHÁ MODLITBA – Tvoje svátosti, Pane, nechť nás chrání a proti ďábelským útokům vždy brání. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého.

COMMUNIO *(Joann. 6, 52)* Panis, quem ego dédero, caro mea est pro sǽculi vita.

K PŘIJÍMÁNÍ *(Jan 6, 52)* Chléb, který já dám, tělo mé jest za život světa.

POSTCOMMUNIO – Mentes nostras et córpora possídeat, quǽsumus, Dómine, doni cæléstis oprátio: ut non noster sensus in nobis, sed júgiter ejus prævéniat efféctus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

PO PŘIJÍMÁNÍ – Mysli naše a těla, prosíme, Pane, nechť ovládá působení nebeského daru, aby nikoli naše vůle v nás, nýbrž jeho účinek vždycky převládal. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého.

*V elektronické podobě najdete na* www.krasaliturgie.cz → Ke stažení → Texty ke mši svaté

# Neděle patnáctá po Svatém Duchu

INTROITUS *(Psalm. 85, 1 et 2-3)* Inclína, Dómine, aurem tuam ad me, et exáudi me: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te: miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die. *(Ps. ib. 4)* Lætífica ánimam servi tui: quia ad te, Dómine, ánimam meam levávi. V. Glória Patri, et Fílio.

VSTUP *(Žalm 85, 1 a 2-3)* Nakloň, Pane, ucha svého ke mně a vyslyš mne. Spas, Bože můj, svého služebníka, jenž v tebe doufá. Smiluj se nade mnou, Pane, neboť k tobě volám po celý den. *(Ž. tamt. 4)* Potěš duši svého služebníka. K tobě, Pane, pozdvihuji svou duši. V. Sláva Otci i Synu i Duchu Svatému.

ORATIO – Ecclésiam tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet et múniat: et quia sine te non potest salva consístere; tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum nostrum.

MODLITBA – Církev tvou, Pane, nechť ustavičná slitovnost očišťuje a chrání; a jelikož nemůže bez tebe bezpečně obstáti, budiž vždycky řízena tvou pomocí. Skrze Pána našeho.

LÉCTIO Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas *(5, 25-26 et 6, 1-10)*.
Fratres: Si spíritu vívimus, spíritu et ambulémus. Non efficiámur inánis glóriæ cúpidi, ínvicem provocántes, ínvicem invidéntes. Fratres, et si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui spirituáles estis, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis,

ČTENÍ z listu svatého Pavla Apoštola ke Galatům *(5, 25-26 a 6, 1-10)*.
Bratři! Žijeme-li duchem, ducha také následujme. Nebuďme marné chvály žádostivi, vespolek se popouzejíce a jedni druhým závidíce. Bratři, byl-li by někdo v přenáhlení i stržen k nějakému poklesku, vy, kteří jste duchovní, napravujte takového v du-

consíderans teípsum, ne et tu tentéris. Alter alterius ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis exístimat se áliquid esse, cum nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquísque, et sic in semetípso tantum glóriam habébit, et non in áltero. Unusquísque enim onus suum portábit. Commúnicet autem is, qui catechizátur verbo, ei, qui se catechízat, in ómnibus bonis. Nolíte erráre: Deus non irridétur. Quæ enim semináverit homo, hæc et metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne et metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus: témpore enim suo metémus, non deficiéntes. Ergo, dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, máxime autem ad domésticos fídei.

chu mírnosti, hledě každý sám na sebe, abys také nebyl pokoušen. Neste břemena jeden druhého a tak naplníte zákon Kristův; neboť domnívá-li se někdo, že jest něčím velikým nejsa ničím, sám sebe klame. Každý však zkoumej dílo svoje, a tu bude míti chloubu toliko hledě k sobě a nikoli na jiného; neboť každý své břímě ponese. Kdo jest vyučován ve slově Božím, měj účastenství s učitelem svým ve všem dobru. Nemylte se, Bůh nenechá se posmívati, neboť co kdo bude síti, to bude i žíti. Kdo totiž rozsévá na svém těle, z těla také bude sklízet záhubu; kdo však rozsévá na duchu, z ducha bude sklízet život věčný. Dobré čiňme bez ustání, neboť časem svým budeme sklízeti, neochabneme-li. Nuže, pokud máme čas, čiňme dobré vůči všem, zvláště vůči domácím víry.

GRADUALE *(Ps. 91, 2-3)* Bonum est confitéri Dómino: et psállare nómini tuo, Altíssime. V. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.
Allelúja, allelúja. V. *(Ps. 94)* Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnem terram. Allelúja.

STUPŇOVÝ ZPĚV *(Žalm 91, 2-3)* Dobré jest oslavovati Pána; opěvovati jméno tvé, Nejvyšší. V. Zrána již ohlašovati tvé milosrdenství a věrnost tvou za noci.
Aleluja, aleluja. V. *(Ž. 94, 3)* Hle, Bůh jest veliký Pán a Král veliký nade vší zemí. Aleluja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam *(7, 11-16)*.
In illo témpore: Ibat Jesus in civitátem, quæ vocátur Naim: et ibant cum eo discípuli ejus et turba copiósa. Cum autem appropinquáret portæ civitátis, ecce, defúnctus efferebátur fílius únicus matris suæ: et hæc vídua erat: et turba civitátis multa cum illa. Quam cum vidísset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accéssit et tétigit lóculum. (Hi autem, qui portábant, stetérunt.) Et ait: Adoléscens, tibi dico, surge. Et resédit, qui erat mórtuus, et cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accépit autem omnes timor: et magnificábant Deum, dicéntes: Quia Prophéta magnus surréxit in nobis: et quia Deus visitávit plebem suam.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Lukáše *(7, 11-16)*.
Za onoho času šel Pán Ježíš do města, které slove Naim, a šli s ním učedníci jeho a zástup veliký. Když pak se přibližoval ke bráně města, hle, vynášeli mrtvého, jediného to syna matky jeho, a ta byla vdova, a četný zástup lidu z města šel s ní. Spatřiv ji Pán, pohnul se milosrdenstvím nad ní a řekl jí: Neplač. A přistoupiv dotekl se mar; ti pak, kteří jej nesli, zastavili se. I řekl: Mládenče, tobě pravím, vstaň. A posadil se ten, jenž byl mrtvý, a počal mluviti. I dal jej mateři jeho. Pojala pak všecky bázeň a velebili Boha řkouce: Prorok veliký povstal mezi námi a Bůh navštívil lid svůj.